



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 1. Quatuordecim classes eorum, quibus honorem debemus exhibere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)



*veri, ait Evangelista: Dilixerunt gloriam hominum magis quam Dei. Itaque danda est opera, ne propter honorem amplectamur virtutem; tamen, ut umbra nos vel inuitos comitatur, ita gloria stimulus virtutis virtutem sequatur etiam fugientem; quæ quamuis rectè facientes delectat, tamen aliunde insidiatur, & plus iuuat eos, qui laudant, quàm qui laudantur. Ut enim lumen magis prodest ijs, qui vident, quàm qui videntur; sic gloria famaq; virtutis magis confert ijs, qui eam admirantes ad imitationem accendantur, quàm quibus ea contingit. Hinc multi virtutis aestimatores honorem Mundi non pluris faciunt, quàm fumi umbram.*

### CAPVT VIII.

*Quibusnam honor, & qualis? præsertim Parentibus, Præceptoribus, & Senioribus debeat?*

§. I.

*Quatuordecim classes eorum, quibus honorem debemus exhibere.*



*Ante gloriæ mercedem, etsi vanum sit sibi, ut finem virtutis, proponere; tamen iustum est alijs persolvere;*



soluere. Et peccat, qui quos debet non honorat. Honoramus autem varijs modis alios, vt initio dixi, si scilicet non solum bonam de illis existimationem habeamus, sed etiam eam opinionem alijs manifestemus, aut verbis, aut signis; dum illos comitamur, suscipimus, officijs muneribusque donamus; item dum ijs in quacumque necessitate assistimus, subiicimur, obsequimur, seruiamus. Talem honorem præcipit Deus exhiberi.

1. Parentibus: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longanivus super terram,* Exod. 20<sup>12.</sup>  
itemque: *Maledictus, qui non honorat patrem suum & matrem.* Deut. 27<sup>16.</sup>

2. Præceptoribus. Aristoteles præfert parentibus præceptores, ab illis enim habemus, vt simus, ab his vt boni simus. 3. Senibus: *Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time Dominum Deum tuum.* Leuit. 19<sup>32.</sup>

4. Coniugibus, quibus D. Petrus scribit, vt *subdita sint viris suis,* 1. Pet. 3. &

*&c. sicut Sara obediebat Abrahae, dominum eum vocans. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmieri vasculo muliebri impartientes honorem, tamquam & coheredibus gratia vite.* Ephes. 6.

5. Dominis: *Servi obedite Dominis carnalibus, ait Apostolus, cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri,*

*sicut*



- Iudic. 13. sicut Christo. 6. Benefactoribus, hinc Ma-  
 17. nue dixit ad Angelum: *Quod est tibi nomen,  
 ut si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?*  
 Esther 6. & Assuerus Mardocheum iussit, per Aman  
 6. honorari. 7. Rerum peritis: *Honora ma-  
 Eccli. 38. dicum, propter necessitatem.* 8. Amicis: ita  
 1. erat Daniel conuiua regis, & honoratus super  
 Daniel. omnes amicos eius. 9. Viduis: *Viduas hono-  
 14: 1. ra, qua verè vidue sunt.* 10. Magistratibus:  
 1. Tim. 5. 3. *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tri-  
 Rom. 13. butum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, ti-  
 7. morem: cui honorem, honorem:* 11. Sacera-  
 1. Tim. 5. dotibus & Dei ministris: *Qui bene presunt  
 17. presbyteri, duplici honore digni habeantur: má-  
 xime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit  
 enim Scriptura: Non alligabis os boui trituran-  
 ti. Et, dignus est operarius mercede sua.* 12.  
 Sanctis, sicut cum Paulus patrem Publij sal-  
 Act. 28. 8. uauit: *Quo factò, omnes qui in insula habe-  
 bant infirmitates, accedebant, & curabantur.  
 qui etiam multis honoribus nos honorauerunt,  
 & nauigantibus imposuerunt, qua erant neces-  
 saria;* ait D. Lucas. 13. Denique omnibus;  
 1. Pet. 2. *Omnes honorate,* ait S. Petrus, *fraternitatem  
 17. diligite: Deum timete: Regem honorificate.*  
 Rom. 12. Immo plus vult S. Paulus, vult enim nos esse  
 19. *charitate fraternitatis inuicem diligentes: ho-*  
 mare



nore inuicem praeuenientes. 14. Si omnibus, quippe ni & Deo? Cui nullus amicus est in honore anteponendus: *Deus vnus, amici plures.* Et si ad comparationem venitur: *Regi saeculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in saecula saeculorum. Amen.*

1. Timi, 13  
17.

§. II.

*Quis honor parentibus debeat?*

1. Parentes honoramus amando; reuerentiam internam & externam exhibendo; obediendo; iuuando & subueniendo. Patrem amauit Cardinalis Grimantus, quem Egnatius refert, pro patre Antonio carceri se se obtulisse. Patri honorem & reuerentiam internam externamque exhibuit Alexius Isaaci Imper. Constantinop. filius: is enim patrem à fratre Imperio oculisque orbatum in regnum armis restituit; & quamquam omnes eum Imperatorem salutarent, ipsum tamen hoc nomen cum Imperio in patrem resignauit. Patri obediuit Christus factus obediens usque ad mortem, cui & dixit: *non mea voluntas, sed tua fiat.* Quin & Mariae matri, & Iosepho putatitio patri obediabat, quando descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Patrem iuuit, ei que subuenit humilis in plebe, & ideo

Egnat.  
lib. 5. c. 42

Fulgos  
lib. 5. c. 42

Phil. 2. 8.  
Luc. 22.  
42.

Luc. 2. 51.  
Plin. lib.  
7, cap. 36.

H ignobilis